



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Iuris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

Promoemium de auctoribus, auctoritate & ordine Librorum Juris Canonicii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](#)



SYNOPSIS

JURIS

# CANONICI

*Per*

## EROTEMATA

DIGESTI ET ENUCLEATI,  
Juxta ordinem Librorum & Titulo-  
rum, qui in Decretalibus GRE-  
GORII P. IX.

---

### PRO OENIUM.

De Auctoribus, Auctoritate & ordi-  
ne Librorum Juris Canonici.

#### I. *Quid est IUS CANONICUM, & unde dictum?*

**S**US CANONICUM est, quod ci-  
vium actiones ad finem æternæ  
beatitudinis dirigit. Hæc enim  
est causa finalis hujus Juris, salus nimirum  
nimarum, seu vita talis, quam sequatur  
eattitudo.

(Melius dicitur: Jus Canonicum est, quod præ-  
puè de causis & rebus Ecclesiasticis, &, quas  
cant, spiritualibus disponit, ut decenter, ac  
e actiones instituantur.)

A

Di

## PRO O E M I U M.

c. 2. § 3.  
dist. 3.

2. Dictum a Græco Kanon. Latine Re  
gula, vel quod regat, vel quod normam  
recte vivendi præbeat, vel quod istorum  
pravumque corrigat.

2. *Ius hoc, seu Corpus Iuris Canonici qui  
bus constat membris ac libris?*

Decreto Gratiani, Epistolis Decreta  
bus Gregorii IX. P. M. Sexto Decret  
um Bonifacii IIX. Clementinis & Ex  
vagantibus tum Johannis XXI. tum Co  
munibus.

DECRETUM auctorem & collectorum  
habet GRATIANUM, Monachum  
nedictinum, circa annum Domini  
post Isidorum Hispalensem, sub  
600. Burchardum Wormatiensem & Iu  
nem Carnotensem, quod veluti prima  
Juris Pontifici exhibet lineamenta, ex Ca  
nonibus Apostolorum, ex Synodorum  
seu Conciliorum generalium & particu  
rium statutis, ex antiquorum Ecclesiæ  
Patrum placitis & sententiis, ac deniquu  
ex Pontificum quorundam Constitutioni  
bus collectum, atque ab Eugenio II  
Pont. approbatum, qui & Gymnasiis  
blicis illud legendum concescit, ut eius  
vita Gratiani, ac postrema auctoritas  
Gregorii XIII. recognitum. Hujus  
sunt partes. Prima continet Distinc  
tiones CL. quarum XX. prioribus agit  
de jure in genere, reliquis vero de pen

nis Ecclesiasticis sive Ecclesiæ ministris.  
Secunda complectitur *Causas XXXVI.* in  
qua variae tractatus *Quæstiones*, ad for-  
mam & materiam judiciorum pertinen-  
tes: cui post Causam XXXIII. quæst. 3.  
insertus est tractatus de *Pœnitentia*, con-  
stans distinctionibus VII. Tertia mate-  
riam *Consecrationis* quinque Distinctioni-  
bus declarat.

DECRETALIUM Epistolarum GRE-  
GORII IX. P. M. compilatio facta est au-  
spiciis & auctoritate ejusdem Pont. per  
*Raymundum de Pennaforti*, Hispanum,  
ex Ordine Prædicat. S. R. E. Pœnitentia-  
rium & Capellanum Pontificis, ex variis  
tum ejusdem, tum aliorum Pontificum  
Epistolis, Constitutionibus ac Conciliis,  
jam inde ab Alexandro III. usque ad Gre-  
gorium. Idque ad eum fere modum,  
& ex eadem causa, quam habuit Justinia-  
nus Imp. componendi Codicis sui; ut  
scilicet prædecessorum suorum Constitu-  
tiones & Decretales Epistolas confusas  
antea ac sæpe discordantes in ordinem  
concordiamque redigeret. Et hæc est  
nova ac nona Decretalium compilatio,  
post primam collectionem Bernardi Pa-  
piensis; secundam Joannis Gallensis, ex  
Giliberti Abbatis Alani Episcop. Antisio-  
dorensis collectaneis, nunquam publice  
probatis; tertiam Petri Benyentani,

A 2

jussu

PRO OÆMIUM.

4

jussu Innocentii III. Pontific. reprobata compilatione Bernardi , Archidiaconi Compostellani Romæ degentis (undē & Romana dicta) cum ea in quibusdam Curiæ Romanæ displiceret ; *quarum* jussu ejusdem Innoc. Pont. quintam Honori III. Pont. ac postremo sextam Gregorii IX. si quidem compilationes specie publice probatas, nonam vero, si universas : quæ omnes per hanc Gregorianam

\* *Vid.* prorsus abrogatæ fuerunt. \* Constat in Boet. Epo. libris V. in quibus ipsa juris Pontificii maximi De jure teria ad res forense accommodatisim sacro lib. exponitur: ac primo libro agitur de lege n. 20. & sonis, penes quas est jurisdictione aliquando seqq. An. denique judiciorum preparatoriis. II. Iuris coll. ordine judiciorum. III. De rebus Ecclesiasticis, quæ in judicium venire solent. Ant. Aug. IV. De sponsalibus & matrimonio. V. De criminibus. Qua de re vulgariter versiculos :

*Iudex, Iudicium, Clerus, Sponsalis  
Crimen?*

Ideo vero hic libri dicuntur *Extra*, ita quoque citari solent, vel expresso hoc nomine *Ext.* vel litera x. ) quia continent Constitutiones, quæ post Decretum super Corpus Canonicum Gratiani edita sunt. **SEXTUS DECRETALIUM a BON**

F

FACIO IIX. in Concilio Lugdunensi ex Decretalibus Epistolis seu Constitutionibus posteriorum Pontificum, qui Gregorium sunt secuti, collectus, multis insuper ejusdem Bonifacii insertis, quibus quædam in volumen Gregorii IX. relata corrigitur, quædam etiam illis adduntur. Et ideo appellatur *Sextus Decretalium*, quia veluti sextus liber ad quinque Decretalium à Gregorio IX. editos accessit, constans aliqui etiam libris V.

CLEMENTINAE ita dictæ, quia nullas alias continent Constitutiones præter eas, quæ sunt CLEMENTIS V. in Concilio Viennensi editæ, & similiter eodem ordine dispositæ. Ut & EXTRAVAGANTES IOANNIS XXI. & quas COMMUNES vocant, ita appellatæ sunt, quasi quæ extra Gregorii IX. & Bonifacii IIX. Decretales vagentur.

A 3 JU-